

Tua Cæsar interest hæc animo reuoluitere q  
ad inusitata, incredibiliaque aspirabas: mihi  
quidem satis superque ad bene beateque vis  
tuendum illa successione paratum esse vide  
batur. Quinetiam alia longe maior & melior  
a maioribus obuenerat hæreditas, videlicet  
gloria virtutis rerumque gestarū, vt quoties  
intuerer ipsorum imagines, intuebar autem  
quamsepissime, toties in memoriam reuoca  
retur inuictus eorum animus, ac reipublicæ  
amantissimus, communiumque honorū nō  
autem vtilitatis propriæ studiosissimus: quo  
rum alij bene dicendo, multi sapienter consu  
lendo, plerique bellicis artibus urbem nostrā  
domicilium Imperij orbis terrarū effecerunt.  
Pulchriū igitur ipse rarus maiorum vestigia  
sequi, præsertim quum recto itinere præces  
sissent (alioquin imitari notatos infamia, siue  
turpitudinis aliqua labe infectos execrabile  
flagitium existimatur) eos mihi maiores exē  
plar vitæ meæ proposueram. Haud ignora  
bam quam constans ipsorum laus, quam fre  
quēs in sermone hominum memoria versar  
retur: ac dum stabunt monumēta litterarum  
versabuntur: nam cui nō dulce est meminisse  
Scipiōes, publios, Cneos, Africanos, Asia  
ticos, Nasicas, aliosque terrores hostiū ac rei